

Manuale

Capitulum II.

De totum mundum

I libri replentur tua scientia inenarrabilis non potest enarrari. Quoniam vero indicibilis es: nullo modo scribi poteris nec peludi. Tu es fons lucis diuine: et sol claritatis eterne. Magnus es sine quantitate: et ideo immensus. bonus sine qualitate: et ideo vere et summe bonus. et non bonus nisi tu solus: cuius voluntas opus est. cuius velle posse est. qui omnia que ex nihilo creasti: sola voluntate fecisti. Qui omnem creaturam tuam absque indigentia aliqui possides: et sine labore gubernas: et absque tedio regis: et nihil est quod conturbet ordinem imperij tui: vel in summis vel in imis. Qui in omnibus locis sine loco habes: et omnia corporales sine ambitu: et ubique presens es sine situ et motu. Qui nec mali actor es: quod facere non potes. Qui nihil non potes nec unquam quicquam te fecisse penituit. Cuius bonitate facti sumus: et iusticia penas luminum: et clementia liberamur. Cuius omnipotentia omnia gubernat regit et implet que creauit. Nec ideo te implere omnia dicimus ut te contineant: sed ipsa potentia a te continentur. Nec particulatim impleas omnia: nec vllatenus ita purandum est: ut vna queque res per magnitudine sue portionis capiat te: id est maxima maior: minima minus. dum sis potentia ipse totus in omnibus: et omnia in te. Cuius omnipotentia omnia concludit: nec euadendi potentia tua que aditum inuenire poterit. Qui enim te non habet placatum: nequaquam euadet iratum.

(De desiderio anime sentientis deum.

Capitulum III.

De igitur clemente

Issime deus inuoco in animam meam quam preparas ad capiendum te: et desiderio quod inspiras ei. Intra rogo in eam et coopra eas tibi: ut possideas illam quam fecisti et refecisti: ut habeam te velut signaculum super cor meum. Queso piissime inuocantem te non deseras. quia priusquam te inuocarem me vocasti et quesisti. ut ego seruus tuus te quererem: queredo inueniam: et inuentum amarem. Quesiui et

inueni te domine: et amare desidero. Augere desiderium meum et da quod peto: quoniam am si cuncta que fecisti mihi dederis: non sufficit seruo tuo. nisi te ipsum dederis. Da ergo te ipsum mihi deus meus: redde te mihi. En amo te: et si parum est amem validius. Tuo ergo amore teneor: tuo desiderio flagro: tua dulci memoria delector. Ecce dum tibi mens inea suspirat: et tuam ineffabilem pietatem meditatur: ipsa carnis sarcina minus grauat: cogitationum tumultus cessat. pondus mortalitatis et miseriarum more solito non hebetat: silent cuncta. tranquilla sunt omnia. cor ardet. animus gaudet. memoria viger. intellectus lucet: et totus spiritus ex desiderio visionis tue accensus inuisibilium amore rapit se videt. Assumat spiritus meus penas ut aquile: volet et non deficiat: volet et perueniat usque ad decorem domus tue: et thronum glorie tue: et ibi super mensam refectionis civium supernorum pascatur de oculis tuis: in loco pascue iuxta fluentem plenissima. Tu esto exultatio nostra qui es spes nostra: salus atque redemptio. Tu esto nostrum gaudium quod es futurum premium. Te semper querat anima mea: et tu presta ut querendo non deficiat.

(De miseria anime que dominum nostrum Iesum christum non amat nec querit.

Capitulum III.

De misere anime

Ime que christum non querit nec amat: arida manet et misera. Perdit quod vivit qui te deum non diligit. Qui curat vivere non propter te dominum: nihil est et pro nihilo est. Qui tibi vivere recusat mortuus est. Qui tibi non sapit desipit. Misericordissime tibi me commendo reddo et cedo. pro que sum vivo et sapio. In te confido spero et tota spes meam pono. pro que resurgam vitam et requiescam. Te cupio diligo et adoro: tuis quomanebo regnabo et beatus ero. Anima que te non querit nec diligit. mundum diligit peccatis seruit: et vitis subiecta est: nunquam quiescens: nunquam securus est. Famuletur tibi semper mens mea piissime: suspiret tibi semper peregrinatio mea: ardeat in amore tuo cor